

CONSPECTUS SCHEMATICUS

III^{ae} PARTIS SUMMAE THEOLOGIAE (1)

DE CHRISTO QUI, SECUNDUM QUOD HOMO,
VIA EST NOBIS TENDENDI IN DEUM
(cf. I^a prol. qu. 2)

(*Ex prologo III^{ae}*). Quia Salvator noster Dominus Iesus Christus, teste Angelo, populum suum salvum faciens a peccatis eorum (*Matth. I 21*), viam veritatis nobis in seipso demonstravit, per quam ad beatitudinem immortalis vitae resurgendo pervenire possimus, necesse est ut, ad consummationem totius theologi negotii, post considerationem ultimi finis humanae vitae et virtutum ac vitiorum, de ipso omnium Salvatore ac beneficiis eius humani generi praestitis nostra consideratio subsequatur. Circa quam considerandum occurrit:

- I. - primo, de ipso Salvatore** III^a 1-59
Circa primum duplex consideratio occurrit:
- A. - prima est de ipso incarnationis mysterio secundum quod Deus pro nostra salute factus est homo** III^a 1-26
Circa primum tria consideranda occurrunt:
- I. - de convenientia incarnationis ipsius** III^a 1
- II. - de modo unionis Verbi incarnati** III^a 2-15
A. - primo, quantum ad ipsam unionem III^a 2
B. - secundo, quantum ad personam assumptam III^a 3
C. - tertio, quantum ad naturam assumptam III^a 4-15
Circa hos considerandum occurrit:
- I. - de his quae sunt a Verbo Dei assumpta** III^a 4-6
Assumpsit autem Filius Dei humanam naturam et partes eius. Unde circa primum triplex consideratio occurrit:
- a. - prima est quantum ad ipsam naturam humanam** III^a 4
b. - secunda est quantum ad partes ipsius III^a 5
c. - tertia, quantum ad ordinem assumptionis III^a 6
- II. - de coassumptis a Filio Dei in humana natura quae sunt perfectiones et defectus** III^a 7-15
a. - primo, de his quas pertinent ad perfectionem III^a 7-13
Circa primum consideranda sunt tria:
- I. - de gratia Christi** III^a 7-8
De gratia autem Christi considerandum est dupliciter:

- de gratia eius secundum quod est singularis homo III^a 7
de gratia eius secundum quod est caput Ecclesiae III^a 8
- 2. - de scientia Christi** III^a 9-12
Circa quam duo consideranda sunt:
quam scientiam Christus habuerit III^a 9
de unaquaque scientiarum ipsius III^a 10-12
Considerandum est de qualibet scientiarum Christi, scilicet divina, beata, indita vel infusa, acquisita; sed quia de scientia divina dictum est in Prima Parte (*qu. 14*), restat nunc videre de aliis. - Quia de scientia beata, quae in Dei visione consistit plura dicta sunt in Prima Parte (*qu. 12*), ideo hic sola illa videntur dicenda quae pertinent ad animam Christi.
- de scientia beata III^a 10
de scientia indita vel infusa III^a 11
de scientia acquisita vel experimentalis III^a 12
- 3. - de potentia Christi** III^a 13
- b. - secundo, de his quae pertinent ad defectum** III^a 14-15
- 1. - de defectibus corporis quos Christus in humana natura assumpsit** III^a 14
2. - de defectibus animae quos assumpsit III^a 15
- III. - de his quae consequuntur ad unionem Verbi incarnati** III^a 16-26
a. - primo, quantum ad ea quae conveniunt Christo secundum se III^a 16-19
Circa primum duplex consideratio occurrit:
- 1. - de his quae conveniunt Christo secundum esse et fieri** III^a 16
2. - de his quae conveniunt Christo secundum rationem unitatis III^a 17-19
Considerandum est de unitate in Christo in communi. Nam de his quae pertinent ad unitatem vel pluritatem in speciali, suis locis determinandum est: sicut supra (*qu. 9*) determinatum est quod in Christo non una est tantum scientia; et infra (*qu. 35 art. 2*) determinabitur quod in Christo non est una tantum nativitas. Considerandum est ergo de unitate Christi
- quantum ad esse III^a 17
quantum ad velle III^a 18
quantum ad operari III^a 19
- b. - de his quae conveniunt Christo per comparationem ad Patrem** III^a 20-24
Quorum quaedam dicuntur de ipso secundum habitudinem ipsius ad Patrem: puta quod est ei subiectus, quod ipsum oravit, quod ei in sacerdotio ministravit.

(1) Conspectus hic excerptus est ex opere *Tabulae schematicae... Summae Theologiae et Summae contra Gentiles*, quas exaravit CL. ST. SUERMONT, O. P., Romae 1943, pp. 8-30.

Quaedam vero dicuntur, vel dici possunt, secundum habitudinem Patris ad ipsum: puta si Pater eum adoptasset, et quod eum praedestinavit. Considerandum est ergo:

- I. - de subiectione Christi ad Patrem
 1. - de oratione Christi III^a 20
 2. - de sacerdotio Christi III^a 21
 3. - de adoptione Christi III^a 22
 4. - an adoptio Christo conveniat III^a 23
 5. - de praedestinatione Christi III^a 24

- c. - tertio, de his quae conveniunt Christo quantum ad nos III^a 25-26
 1. - de adoratione Christi qua scilicet nos eum adoramus III^a 25
 2. - de hoc quod Christus est mediator noster ad Deum III^a 26

B. - secunda, de his quae per ipsum Salvatorem nostrum, idest Deum incarnatum, sunt acta et passa III^a 27-59

Post praedicta, in quibus de unione Dei et hominis et de his quae unionem sequuntur, tractatum est, restat considerandum de his quae Filius Dei incarnatus in natura humana sibi unita fecit vel passus est. Quae quidem consideratio tripartita erit. Nam considerabimus:

I. - de his quae pertinent ad ingressum eius in mundum III^a 27-39

Circa primum quatuor consideranda occurrunt:
 a. - primo, de conceptione Christi III^a 27-34

Circa conceptionem autem eius oportet aliqua considerare:

1. - quantum ad matrem concipientem III^a 27-30

Ex parte autem matris occurrunt quatuor consideranda:

- de sanctificatione eius III^a 27
 de virginitate eius III^a 28
 de desponsatione eius III^a 29
 de annuntiatione ipsius, vel de praeparatione ipsius ad concipiendum III^a 30

2. - quantum ad modum conceptionis III^a 31-33

Considerandum est de ipsa conceptione Salvatoris:

quantum ad materiam de qua corpus eius conceptum est III^a 31

quantum ad conceptionis auctorem, idest de principio activo in conceptione Christi III^a 32

quantum ad modum et ordinem conceptionis III^a 33

3. - quantum ad perfectionem prolis conceptae III^a 34

b. - secundo, de nativitate Christi III^a 35-36

1. - quantum ad ipsam nativitatem III^a 35

2. - quantum ad nati manifestationem III^a 36

c. - tertio, de circumcissione Christi III^a 37

Quia circumcisio est quaedam professio legis observandae, secundum illud Galat. V *Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universae legis faciendae*, simul cum hoc quaerendum est de aliis legalibus circa puerum Christum observatis.

d. - quarto, de baptismo Christi III^a 38-39

Quia Christus baptizatus est baptismo Ioannis, considerandum est:

1. - de baptismo Ioannis in communi III^a 38

2. - de baptizzazione Christi III^a 39

II. - de his quae pertinent ad processum vitae Christi in hoc mundo III^a 40-45

Consequenter post ea quae pertinent ad ingressum Christi in mundum vel ad eius principium, considerandum restat de his quae pertinent ad progressum ipsius. Et considerandum est:

- a. - primo, de modo conversationis Christi III^a 40
 b. - secundo, de tentatione Christi III^a 41
 c. - tertio, de doctrina Christi III^a 42
 d. - quarto, de miraculis Christi III^a 43-45
 1. - de miraculis Christi in generali III^a 43
 2. - de singulis miraculorum generibus III^a 44
 3. - in particulari de transfiguratione Christi III^a 45

III. - de his quae pertinent ad exitum Christi de hoc mundo III^a 46-52

a. - primo, de passione Christi III^a 46-49
 Circa passionem Christi occurrit triplex consideratio:

1. - de ipsa passione III^a 46
 2. - de causa efficiente passionis III^a 47
 3. - de fructu passionis III^a 48-49
 de modo efficiendi III^a 48
 de ipso effectu III^a 49

b. - secundo, de morte Christi III^a 50

c. - tertio, de sepultura Christi III^a 51

d. - quarto, de descensu Christi ad inferos III^a 52

IV. - de his quae pertinent ad exaltationem Christi post hanc vitam III^a 53-59

a. - primo, de resurrectione Christi III^a 53-56
 Circa primum occurrit quadruplex consideratio:

1. - de ipsa Christi resurrectione III^a 53
 2. - de qualitate Christi resurgentis III^a 54
 3. - de manifestatione resurrectione Christi III^a 55
 4. - de causalitate resurrectionis Christi III^a 56

b. - secundo, de ascensione Christi III^a 57

c. - tertio, de sessione Christi ad dexteram Patris III^a 58

d. - quarto, de iudiciali potestate Christi III^a 59

II. - secundo, de sacramentis Salvatoris nostri quibus salutem consequimur III^a 60 sqq.

Post considerationem eorum quae pertinent ad mysteria Verbi incarnati, considerandum est de Ecclesiae sacramentis, quae ab ipso Verbo incarnato efficaciam habent. Et consideratio

A. - prima erit de sacramentis in communi III^a 60-65

Circa primum quinque consideranda sunt:

- I. - quid sit sacramentum III^a 60
 II. - de necessitate sacramentorum III^a 61
 III. - de effectibus sacramentorum III^a 62-63
 a. - primo, de effectu principali sacramentorum qui est gratia III^a 62
 b. - secundo, de effectu secundario sacramentorum qui est character III^a 63
 IV. - de causis sacramentorum, sive per auctoritatem sive per ministerium III^a 64
 V. - de numero sacramentorum III^a 65

B. secunda, de unoquoque sacramentorum in speciali III^a 66-90; Suppl. 1-68

Considerandum est de singulis sacramentis in speciali:

I. - de baptismo III^a 66-71
 Circa primum occurrit duplex consideratio:

a. - prima, de ipso baptismo III^a 66-69
 Circa primum quatuor consideranda occurrunt:

1. - de his quae pertinent ad sacramentum baptismi III^a 66
 2. - de ministro baptismi III^a 67
 3. - de recipientibus baptismum III^a 68
 4. - de effectu baptismi III^a 69

b. - secunda, de praeparatoriis baptismi III^a 70-71

I. - de praeparatorio quod praecessit baptismum scilicet de circumcissione	III ^a 70	2. - de poenitentia secundum quod est virtus	III ^a 85
2. - de praeparatoriis quae currunt simul cum baptismo, scilicet de catechismo et exorcismo	III ^a 71	b. - secundo, de effectu poenitentiae	III ^a 86-89
II. - de confirmatione	III ^a 72	1. - quantum ad remissionem peccatorum mortalium	III ^a 86
III. - de Eucharistia	III ^a 73-83	2. - quantum ad remissionem peccatorum venialium	III ^a 87
a. - primo, de ipso sacramento Eucharistiae	III ^a 73	3. - quantum ad reditum peccatorum dimissorum	III ^a 88
b. - secundo, de materia Eucharistiae	III ^a 74-77	4. - quantum ad restitutionem virtutum	III ^a 89
1. - de specie materiae	III ^a 74	c. - tertio, de partibus poenitentiae	
2. - de conversione panis et vini in corpus Christi	III ^a 75	1. - in generali	<i>incipit</i> III ^a 90
3. - de modo existendi corporis Christi in hoc sacramento	III ^a 76		III ^a 90
4. - de accidentibus panis et vini quae in hoc sacramento remanent	III ^a 77	<i>Per mortem sanctissimi Doctoris post qu. 90 imperfecta remanebat Summa Theologiae ad cuius complementum secundum ipsum auctorem adhuc considerandae erant sequentes materiae:</i>	
c. - tertio, de forma Eucharistiae	III ^a 78	2. - de partibus poenitentiae in speciali	cf. prol. qu. 90
d. - quarto, de effectu Eucharistiae	III ^a 79	d. - quarto, de suscipientibus poenitentiam	cf. prol. qu. 84
e. - quinto, de recipientibus Eucharistiae sacramentum, idest de usu sive sumptione huius sacramenti	III ^a 80-81	e. - quinto, de potestate ministrorum	cf. prol. qu. 84
1. - in communi	III ^a 80	f. - sexto, de solemnibus ritibus poenitentiae	cf. prol. qu. 84
2. - quomodo Christus est usus hoc sacramento	III ^a 81	V. - de extrema unctione	cf. prol. qu. 66
f. - sexto, de ministro Eucharistiae	III ^a 82	VI. - de Ordine	" "
g. - septimo, de ritu Eucharistiae	III ^a 83	VII. - de matrimonio	" "
IV. - de poenitentia	III ^a 84-90; Suppl. 1-28		
Circa hoc sacramentum considerandum est:		III. - tertio, de fine immortalis vitae ad quem per Salvatorem resurgendo pervenimus	cf. prol. qu. 1.
a. - primo, de ipsa poenitentia	III ^a 84-85		
Circa primum duo sunt consideranda:			
1. - de poenitentia secundum quod est sacramentum	III ^a 84		